

Joachim Albinus Balthasar Bötticher

Prima Disputatio Feudalis De Origine, Autoritate, Notatione, Definitione, Ac Divisionibus Feudorum,

Rostochii: Ferberus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730869008>

Druck Freier  Zugang



26
36

P R I M A
DISPUTATIO FEUDALIS
De
ORIGINE, AVTO-
RITATE, NOTATIONE,
DEFINITIONE, AC DIVISIONIBUS
FEUDORUM,

Quam
SUMMO FEUDI DOMINO DEO TER OPT; TER
MAX: MODERATORE,

Consensu & Autoritate Amplissimi Jctorum Ordi-
nis, in Illustri Rosarum Academia,

P R Æ S I D E
CLARISSIMO AC CONSULTISSIMO VIRO
DN. JOACHIMO ALBINO
J. U. D.

Publicè defendet

BALTHASAR BÖTTICHER Wustfer-
huffa Marchicus,


In Auditorio majori, horis matutinis ad diem VIII. Novembr.

I. G. 4. 16.


R O S T O C H I I,

Typis AUGUSTINI FERBERI, Anno 1620.

25.
R. U. - Jul 1620 Albinius, Joachimus





DISPUTATIO FEVDALIS I.

DE

Origine, Autoritate, Notatione, Definitione, ac
Feudorum Divisionibus.

T H E S I S I.

DE origine feudorum, quibus accepta referri
ca debeat, in ipso statim limine pugna; (a)
Quidam enim cum ipso ferè humano genere
& prima Monarchia eam extitisse auctu-
mant. (b)

(a) Petr. Heig. lib. 1. jur. civ. & Saxon: quest. 1. n. 6.
& sequ. Johann. Gars. Hispan. in tr. de expens. & me-
liorat. cap. 12. n. 1. & seqq. Dn. Conrad. Rittersb. lib. 1.
part. feud. cap. 1. quest. 5. Alvar. Valasc. in tr. de jure
emphyt. quest. 39. n. 1. & novissimè Hunnius in tr. de
feud. c. 1. (b) Johan. Niell. disp. feud. 1. th. 1. Johan.
Goedd. disp. feud. 1. th. 1. & th. 5.

I I.

Quidam ex Romanorum jure Feuda descendisse
asserunt, ijq; rursus quatuor modis inter se dissident.

Vti videre est apud Rittersb. d. loc. Joan Goedd. disput. 1.
th. 2. & 3. Herm. Vult. lib. 1. feud. c. 1. n. 11.

I I I.

Quidam Gallos ac Francos hujus juris autores
laudant.

Connan. lib. 2. comment. 6. n. 6

I V.

Nos hisce opinionibus relictis, Feudorum incuna-
bula Germanis, maximèq; Longobardis, nec non

A 2

Suevis,

Suevis, Bavaris, Burgundis & Gothis tribuimus, quod
& ipsa vocabula hic usitata, quæ ut plurimum germanicæ sunt originis, manifestè evincunt.

Dn. Rittersh. d. c. 1. quest. 2. Henric. Rosenth. in tr. de feud. concl. 8. n. 1. tom. 1. cap. 1. Vincent. Cabot. lib. 2. var. disput. cap. 30. Frid. Pruckm. conf. 50. n. 128. vol. 1.

V.

Cum omne jus nostrum aut scripto constet, aut non scripto, seu Moribus; (a) Feuda de utroq; (b) participant, ita tamen ut consuetudo & usus hic prædominentur. (c)

(a) nam τῶν νόμων οἱ μὲν ἔργαφοί, οἱ δὲ ἀγγελφοί *S. constat. 3. S. sine 9. Inst. de F. N. G. & C.* (b) jus scriptum hic sunt constitutiones aliquot Imperatorum Lotharij I. & II. Conradi II. Henrici III. ac Friderici I. Barbarossæ: Extant etiam quorundam Pontificum ut Alexandri III. & IV. Innocentij III. & Honorij III. in Jure Canon. de Feudis rescripta: Jus non scriptum positum hic in moribus & institutis variarum curiarum ut Mediolan. Placentin. Cremonens. *c. un. §. si quis 1. F. 27.* (c) undè & consuetudines feudorum rectè hi libri (sive duos cum communi Doctorum Schola, sive tres cum Francisco Hottomanno sive quinque cum Jacob. Cujac. numeres,) à potiore parte inscribuntur.

VI.

Compilatores librorum feudalium præcipui duo fuere Gerardus Niger sive Capagistus & Obertus de Orto; (a) horum uterq; tempore Friderici I. Imperat. consul Mediolanensis fuit. (b) Sed præter hos alij quoq; anonymi (c) ad hanc rapsodiam seu ferraginem (d) Symbolas certatim contulerunt.

(a) *c. un. 2. F. 2. c. un. 2. F. 25. c. un. 2. F. 1. Joan. Borchoit in tr. de feud. cap. 2. n. 28. & seqq.* (b) *Otto Frisingens lib. 2.*

gens lib. 2.

*gens lib. 2. de reb. gest. Frideric. c. 12. 13. & 14. Gumbert
lib. 2. de reb. gest. Frider. (c) c. un 2. F. 30. c un 2. F. 36.
Dn. Ritterh. lib. 1. part. feud. cap. 1. quæst. 7. Gothofr. disp.
F. 1. th. 1. lit. 1. (d) in hisce enim libris feudisticis
nullus ordo observatur, sed omnia confuse,
perturbatè, præposterè & verè, quod dicitur,
ἄσπερον ἀσπείρον collecta; Ταυτολογία etiam ex
causis difficultatis hujus juris non minima, Dn.
Rittersh. in prolegom. feud.*

VII.

Licet autem hoc jus feudisticum primitus locale
fuerit, progressu tamen temporis generale esse ince-
pit, in tantum, ut hodiè non solum in Imperio Roma-
no-Germanico, sed & extra illud in Italia, Gallia, Hi-
spania, & alijs in locis pro lege observetur, & autorita-
tem legis obtineat.

*Ludolph. Schrad. in tr. de feud. part. 1. quæst. 1. n. 6. Joan:
Borcholt. in tr. de feud. c. 2. n. 30. Herm. Vult. in d. 17. f.
lib. 1. cap. 1. n. 6. Bronchorst. cent. 2. miscel. contror.
cap. 82. Arius Pinell in l. 1. C. de bon matern part. 3. n. 84.
in pr. ubi materiam Feudorum apud Italos,
Germanos, Gallos ac Hispanos frequentissi-
mam esse testatur Hunn. in d. tract. de feud. cap. 3. in pr.*

VIII.

Uti & non solum Laicos sive seculares, sed etiam
Clericos ipsos, qui hinc nullam exceptionem gaudent,
obliget.

*Nicol. Intrigl. in tr. de feud. quæst. 14. Henric. Rosen-
thal. in d. tr. feud. tom. 1. cap. 1. conclus. 9. n. 3. Ludolph.
Schrad. d. part. 1. quæst. 2. n. 1. Joan. Schmeid. in tr. feud.
part. 1. n. 6.*

IX.

Dicitur autem Feudum quasi Fidum à fidelitate vel
fide, (a) quam Longobardi ac etiamnum Itali fede vo-
cant; Quamvis alij etiam illud non inconcinne (b) à
Longobardicis vocibus *Fayde* vel *Suden*/ quorum illud

A 3

hostilita-

hostilitatem hoc pascere significat, derivent: (c)

(a) *c. un. §. 1. in fin. 2 F. 3. bin. Vasalli fideles dicti*
Liebe getre wen. c. un. §. 1. 1. F. 1. c. un. in pr. 1 F. 10,
Perr. Heig. lib. 1. quest. 2 n. 71 (b) nam quod non-
nulli feudi etymon à foedere vel à germanico
Vogethey deducunt, id utrumq; longius pe-
titum esse videtur *Herm. Vult. lib. 1. de feud. cap. 2. n.*
3. (c) *Joan. Borcholt. in d. tr. de feud. cap. 1. n. 3 & §.*
Joan. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 9. in pr. scribit no-
men feudi collectum esse ex literis initialibus
horum verborum: **Fidelis Ero Domino**
Vero Meo: quam olim formulam juramenti
fidelitatis fuisse perhibet.

X.

Feudi vocabulum *πόλισημον* est; Aliàs enim signifi-
cat jus in re feudali constitutum: (a) Aliquando con-
tractum sive negotium, quod super ea re inter Domi-
num & Vasallum geritur, denotat. (b) Nonnunquam
pro ipso pædio, in quojus constitutum, sumitur. (c)

(a) *c. un. 1. F. 25. c. un. §. 1. 2. F. 1.* (b) *c. un. ibi per feu-*
dum investitum 1. F. 28. c. un. in pr & §. 1. ibi per feu-
dum tamē cuilibet dari potest. 2. F. 3. (c) *c. un. §. 2.*
cōtrario 2. 2 F. 3. c. un. vers. si vero vasallus ibi feudum
malo ordine intravit. 2. F. 22. Henric. Rosenb. in d. tr.
Feud. tom. 1. cap. 1. conclus. 6. n. 11. Dn. Conrad. Rittersh.
lib. 1. part. feud. cap. 3. quest. 3.

XI.

Cum igitur tam varia sit Feudi notio, mirum
non est, si à diversis autoribus diversimodè definitum
reperiat.

Aliter enim Feudum definit Ludolph. Schrad. in d. t. de
Feud. part. 2. cap. 2. Aliter Francif. Duaren. in tr. de
Feud. cap. 2 n. 1. Aliter Herman. Vult. in tr. de Feud.
lib. 1. cap. 2 n. 9. Aliter Hottom. in disp. feud. cap. 4.
Aliter Sonsbec. in tr. de Feud. part. 2. n. 1. Aliter Bocerus

in tr. de

*in tr. de Qualit feud. cap. 1. n. 1. Aliter Dn. Rittersch;
in d. tr. lib. 1. cap. 3. quest. 4. Aliter Hunn. in d. tr. de
Feud. cap. 5. Alij aliter.*

XII.

Nos illis rejectis textualem & ab Oberto de Orto nobis relictam (a) exosculabimur, Feudum prima; notione acceptum (quatenus scilicet jus in rem significat) definientes, Beneficium, quod ex benevolentia; ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem permaneat; ususfructus verò illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesq; suos masculos sive foeminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat, ad hoc, ut ille, & sui heredes fideliter Domino serviant; sive servitium illud nominatim, quale esse debeat, sit expressum, sive in determinatè promissum, (b)

(a) *in c. un. in sin. 2 F. 23.* (b) hanc definitionem seu potius descriptionem Feudi, communi calculo receptam testatur *Matth. de Afflict. in pralud. feud. n. 69. Clar. in §. Feudum quest. 4. Henric Rosenh. in d. tr. de Feud. tom. 1. cap. 1. conclus. 1. n. 1. Eamq; post Curt. & Eguin. Baron. latissimè examinat Joan. Borcholt. in d. tr. de feud. c. 1. n. 10. & seqq.*

XIII.

Definitionem feudi Divisiones sequuntur; quarum variae quoq; à varijs Feudistis (a) adferuntur: Nos insigniores tantum proponemus.

(a) *Jacob. Ardizo. 4. Hostiens. 6. Joan. Reynald. 8. Belvisius 10. Baldus 11. Innocent. 12. Jacob. de S. Georg. 13. Petrus Rebuffus 20. Jacob. Alvaroit. 22. Joan. Thomas de Marinis ex densa feudorum sylva centum & decem feudorum genera collegit. Jmò Franciscus Curtius in tr. de feud. p. 1. quest. 8. in pr testatur in distribuendū Feud. tot formè fuisse sen-*

tentias;

rentias; quot fuerunt capita, *vid. Rittersch. lib. 6
feud. part. 1. c. 4. quest. 1.*

XIV.

Feudorum summa divisio in duo genera deducitur: Aliud enim est proprium; Aliud improprium: Proprium quod & Rectum appellari potest, (a) est, quod propriam feudi naturam habet, vel quod propriè jure feudi censetur, das eines rechtè Lehnguts eigenschafft hat (b).

(a) c. un. in rubr. 2. F. 33. (b) c. un. 1. F. 7. c. un.
S. notandum in pr. 1. F. 1. Joan. Schneidw. in d. tr. de
Feud. part. 1 n. 35.

XV.

Et hoc rursus dividitur in Ecclesiasticum & Seculare; (a) Ecclesiasticum Feudum (Germanis ein Krumbstebig vom krummen Stab herrürend / oder Krumbstabs Lehn dictum) quod in re Ecclesiastica; Seculare quod in prophana constituitur; Quis hoc vel illud constituat, Quis itidem accipiat, Clericus an Laicus, nihil interest. (b)

(a) quæ divisio ad causam materialem refertur
Vult. d. in tr. de feud. lib. 1. cap. 8. n. 19. Hunn. in
d. tr. de feud. cap. 6. Multi hanc divisionem causæ
efficienti adscribunt, sed malè. (b) c. un. S.
fin. 2. F. 40.

XVI.

Feudum aliud est Nobile, aliud Ignobile seu plebejum; Nobile Adelicè oder Ritterlehn / est, quod concessum sit ab eo, qui simul & potestatem & voluntatem nobilitandi habuerit: Ignobile seu Plebejum contra illud, quod ab eo concessum fuit, in quo alterutrum istorum defecerit, Hujus generis sunt, quæ vocantur Dürgerlehn / Hofflehn / Bauerlehn.

Niell. disput. F. 2. th. 7. lit. C. Vult. in d. tr. c. 8. n. 9.
Obbrecht disp. Feud. 2. th. 7. & seqq. Hunn. in d. tr. cap. 6.

XVII.

Feudum Nobile rursus aut est Regale aut non Regale; Regale est Feudum Nobile supremi Principis auctoritate concessum cum dignitate Regali, cujusmodi dignitas est Regnum, Electoratus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, atq; modernis Germaniæ moribus etiam Baronatus. (a) Feudum non Regale, quod dignitatis Regalis, non tamen omnis, uti nonnulli volunt, expers (b).

(a) Germani vocant ein Reichslehn / ein Sahnlehn / quod investitura vexillo fiat. c. un. 1. F. 10. c. un. 2. F. 10. c. un. 3. præterea. 2. F. 55. (b) Zas. in tr. de feud, part. 5. n. 29. Schenck. Baro in d. 6. un. 2. F. 10. Hann. in d. c. 6.

XVIII.

Feudum quoq; vel Masculinum vel Fœmininum jus nostrum facit; Masculinum Mantschn oder Mänlichehn vocat, quod à masculo primùm adq̄situm est; Fœmininum ein Weiber oder Sunfellehn / de quo fœmina primò est investita :

c. un. ibi, nisi ex pacto, vel nisi sit fœmineum 2. F. 50. c. un. in verb. nisi ejus conditionis sit feudum 2. F. 11. c. un. 2. F. 30. Vult. d. cap. 8. n. 3. Hinc feudum à fœmina concessum masculo, non Fœmininum, sed Masculinum dicendum esse videtur, Rittersh. disp. Feud. 1. th. 81.

XIX.

Porrò Feudum aliud est Novum, aliud vetus; Novum est, quod de novo conceditur, & habet initium in Persona primi Adquirentis; in quo, nisi expressè hoc cautum, frater fratri non succedit; (a) Vetus est, quod vasallus ab alio primitus adq̄situm ex successione possidet. (b)

B

(a) c. un:

(a) *c. un. vers. novam. 2. F. 32. c. un. 1. F. 20.* (b) *d. c. un. vers. de veteri 2. F. 32*

XX.

Vetus Feudum rursus subdividitur in Paternum & Antiquum; Paternum, quod à patre vel reliquis ascendentibus usq; ad quartum gradum inclusive, patre puta, avo, proavo, & abavo est acquisitum; (a) & dicitur nobis Germanis ein Stamlehn/ ein Altlehn/ein Alto väterlich oder Vhrsteväterlichlehn: Antiquum verò vocatur, quod ab alijs ascendentibus, in ulteriori gradu existentibus quæsitum. (b)

(a) *c. un. d. hoc quoq; 1. F. 8. c. un. 2. F. 39.* (b) *Borcholt in d. tr. Feud. c. 4. n. 2. Rittersb. in d. tr. c. 4. q. 23. Zas. in d. tr. part. 3. n. 1.*

XXI.

An Feudum in dubio Antiquum an verò Novum præsumatur? non convenit inter Feudistas. Nos prius juri feudali magis consentaneum esse putamus.

c. un. in fin. 2. F. 11. c. un. in pr. 2. F. 26. Rosenth. in d. tr. de Feud. tom. 1. cap. 2. concl. 26. Schrad. in d. tr. part. 2. c. 3. n. 42.

XXII.

Non inconvenienter hic quoq; quæritur, si Dominus concedat alicui Feudum Novum, ita ut Vasallus jure Feudi Antiqui id possideat nach art vnd eigenschafft eines rechten alten Stamlehn guts/ utrum hujusmodi Feudum assumat naturam & qualitatem Feudi Antiqui?

Adfirmantium nobis arridet sententia *Gail. 2. obs. 50. n. 1. Vult. d. c. 8. n. 6. Schneid. d. tr. part. 1. n. 67. Dn. Ernest. Cothm. cons. 9. n. 81. vol. 1. Bocer. in tr. de qualit. Feudi c. 5. n. 91. Hunn. in d. tr. de Feud. cap. 6. ubi Hanner. in tr. de Feud. p. 1. q. 3. contrarium sententis argumenta doctissime examinat.*

23. Alia

XXIII.

Alia divisione (ab Hottomanno & Hunnio tamen rejecta) Feudum vel est Ligium, vel nec Ligium: Ligium (à liga velligando, propter arctius vinculum, sic dictum, potius, quam à Lilio Francorum insigni) est, quod dedit Princeps non recognoscens superiorem qualis est Imperator Romanus, Rex Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, &c: homini seu Vasallo Ligio, juranti fidelitatem contra omnes, nemine excepto, *das sich der Lehnsman wil gebrauchen lassen wider menniglichen / niemandt außgeschlossen*; Nec Ligium est quodvis aliud.

text. in clem. Pastoralis X. de sent. & re judic. c. un. 2. F. 99. Vult. in d. tr. lib. 1. cap. 8. n. 20. Rosenth. d. tr. cap. 2. concl. 3. Schrad. d. tr. part. 2. c. 4. n. 1.

XXIV.

An unus duorum Vasallus Ligius esse possit? dubium faciunt Dd. Negam.

Vult. in d. tr. cap. 8. n. 21. Duaren. in d. tr. de Fued. cap. 4. n. 9. Niell. d. F. 1. th. 9. lit. B. vide tamen post Rosenth. in hac controversia distinctionem Gothofr. Antonij disp. F. 1. th. 3. lit. B.

XXV.

An ille, qui est Ligius Imperatoris, nihilominus alterius Principis in Imperio constituti quoad certa bona Landtsassius & subditus ein *Unterthan vnd Landsass* esse queat? Adfirmantibus calculum adijcimus.

Andr. Gail. in tr. de Arrest. Imp. cap. 6. n. 10. Henric. Rosenth. d. cap. 2. concl. 4. & cap. 6. concl. 15.

XXVI.

Quidam quoq; ex varietate formularum investituræ, Feudum dispescunt in Hereditarium & non hereditarium, sive ex pacto & providentia; Illud in quo jure

hereditario non ex providentia juris feudalis sed ex juris communis dispositione: Istud, in quo jure sanguinis sive agnationis secundum providentiam, constitutionem, ac dispositionem juris feudalis succeditur, describentes.

Herm. Vulr. in d. tr. de feud. lib. 1. cap. 8. n. 62. Hunn. in d. tr. de Feud. cap. 6. Dis. communiter Dd. divisionem feudi in hereditarium ac ex pacto & providentia ex differentia heredum ac filiorum sumentes.

XXVII.

In dubio & indefinitè factà feudi concessione, præsumitur Feudum posterioris generis potius quam prioris.

*Vulr. d. c. 8. n. 33. Myns. cent. 4. obs. 2. Fachin. lib. 7. controv. cap. 59. Schrad. in d. tr. de feud. part. 2. cap. 3. n. 31. Dn. Ernest. Cothman. cons. 2. n. 60. & seqq. & n. 299. vol. 1. Obbrecht in tr. feud. lib. 1. cap. 5. n. 147. & seqq. Koppen decis. 54. n. 30. & seqq. vol. 1. ubi testatur totius Germaniæ consuetudine sic observari, & maximè, quando feudum conceditur pro se & suis heredibus feudalibus **Thome vund seinen Mentlichenlehns erben**: Heres enim in feudalibus nihil aliud est & denotat, quam eam successionem, quæ ex natura feudi descendit & de qua in usibus feudalibus expresse dispositum est.*

XXVIII.

Feudi Impropii (seu non Recti sive Degenerantis, sive Feudastri, quod non habet feudi propriam naturam) varia sunt genera; ut Camerae, Cavenae, Soldatae, Guardiae, Gastaldiae, Habitationis, &c.

XXIX.

Feudum Camerae Feudistae appellant, quando
certa

certa summa, vel quantitas pecuniæ annuatim ex æ-
rario vel arca Imperatoris, Electoris, Ducis, Marchio-
nis, Comitis &c: solvenda alicui conceditur, nostrâ
linguâ ein Lehngelde/ Mangelde/ oder Kammerlehn.

c. un. §. fin. 2. F. 1. c. un. §. si verò Vasallus 2. F. 2.

c. un. in pr. 2. F. 58. Zas. in d. tr. de Feud. part.

ult. n. 31.

XXX.

Feudum Cavenæ constitutum dicitur, quando Prin-
ceps vel alius aliquot modios frumenti, aut amphoras
vini ex cavena annuatim præstanda, feudi nomine,
alteri concedit.

*d. c. un. 2. F. 1. c. un. §. si verò. 2. F. 2. & d. c. un. in
pr. 2. F. 50.*

XXXI.

Feudum Soldatæ est præstatio quædam annua grã-
tuita, plerumq; in solidorum donatiome, quandoq;
in vino & annona consistens.

*c. un. in fin. 2. F. 10. Et hoc feudum Soldatæ à
feudo Camera & Cavenæ nil prorsus differe
putat Borcholt. in d. tr. de Feud. cap. 4. n. 30. Sed
fallit & fallitur; differunt enim inter se ut ge-
nus & species, ut rectè animadvertit Vult. in
d. tr. de Feud. lib. 1. cap. 8. n. 15.*

XXXII

Hæc feuda autem ejus sunt naturæ, ut si nihil sit
in Camera vel Cavena, sine promissoris culpa, nihil
debeatur, sed expectandum sit, donec iterum ex illis
dari possit.

c. un. in pr. 2. F. 58. Schrad. in d. tr. de Feud. p. 2. c. 3. n. 85.

XXXIII.

Dominum autem Feudi dare posse intelligitur
B 3 omni

omni ære alieno deducto : Non enim æquum est, quem videre egentem, quem prius habuerit in Conjugem vel Amicum.

d. c. un. in pr. 2. F. 50. Rittersh. d. tr. lib. 2. cap. 6. quest. 9.

XXXIV.

Feudum Guardie ob custodiam rei commissæ, Feudum Gastaldie ob procurationem rerum dominicarum datur; Utrûmq; post annum elapsum quacunq; hora revocari potest, nisi Dominus ultrò latius tempus indulserit.

c. un. in pr. & ibi Schenck. Baro n. 2. 1. F. 2. c. un. in fin. 1. F. 11.

XXXV.

Feudum Habitationis est, quando alicui domus vel castri habitatio in feudum est concessa; Hoc feudum non transit ad heredes sed morte Vasalli accipientis extinguitur.

c. un. 2. F. 75. c. un. 2. F. 105.

XXXVI.

Improprijs quoq; Feudis annumeratur Feudum Pignoratitium, vulgò Pfandtlichn / de quo Dominus acceptâ certâ pecuniæ summâ & reservatâ sibi reluendi facultate aliquem investit.

Schrad. in d. tr. de Feud. part. 2. cap. 4. n. 57. Henr. Rosenth. d. tr. de feud. tom 1. cap. 2. conclus. 77.

XXXVII.

In hoc Feudo foeminas quoq; secundum Germaniæ consuetudinem succedere refert.

Vldar. Zas. in d. tr. de feud. part. ult. n. 23. & 24. quem sequuntur Schrad. d. cap. 4. n. 58. Gail. 2. obs. 159. n. 5. & Henr. Rosenth. d. c. 1. concl. 77. n. 3.

XXXVIII.

Deniq; de Feudis improprijs hæc maxima tenenda est, quod in exceptis tantum capitibus à feudorum priorum

priorum natura recedant; in cæteris omnibus eam retineant.

c. un. 2. F. 48. Jacob. de S. Georgio, in verbo Feudum n. 14. Ful. Clar. in §. Feudum q. 76. n. 2.

C O R O L L A R I A.

I.

Si deficiat jus feudale, utrum alteri præferri debeat in questione feudali decidenda, Canonicum an jus Civile? Nos hoc illi præferendum ducimus.

II.

Quoties in jure feudali plures diversæ vel contrariæ opiniones, citra ullius expressam approbationem referuntur, reprobatam ferè ultimo loco, secus quam in glossis juris civilis Accursianis, ubi ultima prioribus ut plurimum præfertur, poni putamus; quanquam nec hoc catholicum esse ex ijs, quæ tradit Henric. Rofenth. in d. tr. de Feud, tom. I. cap. 7. conclus. 55. n. 10. appareat.

III.

Fridericus II. Friderici I. Barbarossæ Imperatoris ex Henrico VI. Imperatore Nepos, ad Imperium Romanum ex Sicilia vocatus, Anno à nato Christo, Salvatore nostro, 1213. primum jus Commune de Feudis, quo hodie Imperij Romani Proceres utuntur, conscribit, Corpori Juris nostri inseri atq; per Doctores

Et oves usu rerum, experientia ac juris scientia polientes publicè in Academijs legi mandavit. Vid. Peuc. in Chron. Charion, lib. 5. Sonsbec. in tract. de Feud, part. 1. n. 24.

IV.

An Regnum Bohemia, de quo jam ferro & Signi dimicatur, sit Hereditarium, an verò Electivum, quosdam dubitare meminimus? Andr. Knich. in tr. de privileg. Duc. Saxon. lit. prov. nesc. in verb. Electorum cap. 2. in fin. putat in conventu trium Regum Maximiliani Imperat. Sigismundi Poloniae & Uladislai Bohemiae & Ungariae, communi Regum & Senatorum assensu, successionem Regni Bohemici hereditariam Vienna factam esse, ita, ut si Uladislai Regis Bohemia deficeret posteritas, Archiduces Austriae in Bohemia succederent; Cui aliquo modo ad stipulari videtur Thesaur. Polit. pag. (mihi) 60. Hujus Uladislai filiam & deficiente masculino genere heredem Annam in matrimonium habuit Ferdinandus I. Imp. moderni nostri Imper. Ferdinandi II. Avus.



II. Dispu-

priorum natura recedant; in cæteris
tineant.

c. un. 2. F. 48. Jacob. de S. Georgio, in
dum n. 14. Ful. Clar. in §. Feudum q.

COROLLARIUM

I.

Si deficiat jus feudale, utrum aliter
at in questione feudali decidenda, (Civile?
Nos hoc illi præferendum dicitur

II.

Quoties in jure feudali plures di-
ria opiniones, citra ullius expressam
feruntur, reprobata ferè ultimo lo-
glossis juris civilis Accursianis, ubi
ut plurimum præfertur, poni putamur
nec hoc catholicum esse ex ijs, qua
fenth. in d. tr. de Feud. tom. I. ca.
n. 10. appareat.

III.

Fridericus II. Friderici I. Bar-
ris ex Henrico VI. Imperatore Ne-
Romanum ex Sicilia vocatus, An-
Salvatore nostro, 1213. primum
Feudis, quo hodie Imperij Romani
conscribi, Corpori Juris nostri



the scale towards document

eam re

i debe-
an jus

ontra-
em re-
nam in
ioribus
nam
c. Ro-
ul. 55.

erato-
perium
hristo,
ne de
untur,
er Do-
tores